Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



ferit et sapientia eius. ecce omnia
scripta sunt in libro verborum dierum
salomonis. Dies autem quibus salomon
regnauit in hierusalem super omnem israel
quadraginta sunt. dormiuit que salomon cum
patribus suis. sepultus que est in ciuitate
dauid patris sui. regnauit que roboam
filius eius pro eo. XII.

Venit autem roboam in sichem
illuc enim omnis israel erat congregatus
ad constituendum eum
regem. at ubi ieroboam filius nabath
cum adhuc esset in egypto profugus
audita morte
eius reuersus est de egypto miserunt
que et uocauerunt eum. Venit ergo ieroboam
et omnis multitudo israel et locuti sunt
ad roboam dicentes. pater tuus durissimum
imposuit nobis. tu ita
que nunc minue paululum de imperio
patris tui durissimo et de iugo grauissimo
quod imposuit nobis et seruiemus
tibi. Qui ait eis. Ite usque ad tertium di
em et reuertimini ad me. Cumque abisset
populus consilium cum senioribus qui
assistebant coram salomone patre e
dum adhuc viueret. et ait. quid michi
datis consilium ut respondeam popu
lo. qui dixerunt ei. si hodie obediens
populo huic et seruieris populo huic et pe
cori eorum cesseris locutus que fueris
ad eos uerba lenia erunt tibi seruorum
tis diebus. Qui dereliquit consilium
seniorum quod dederant ei. et adhibuit
adolescentes qui nutriti fuerant cum
eo. et assistebant illi. dixit que ad eos. q
michi datis consilium ut respondam
populo huic. qui dixerunt michi. leuius
fac iugum quod imposuit pater tuus
super nos. et dixerunt ei iuuenes qui nu
triti erant cum eo. sic loquere populo huic
qui locuti sunt ad te dicentes. pater
tuus aggrauauit iugum nostrum
tu releua nos. sic loqueris ad eos. or
minimus digitus meus grossior est dorso
patris mei. et nunc pater meus posuit
super uos iugum graue. ego autem addam
super iugum uestrum. pater meus cecidit
uos flagellis. ego autem uos cedam scor
pionibus. Venit ergo ieroboam et omnis
populus ad roboam die tertio sicut
locutus fuerat rex dicens. reuertimini
ad me die tertia. Responsit que rex dura
populo. derelicto consilio seniorum quod
ei dederant. et locutus est eis secundum
consilium iuuenum dicens. pater meus
aggrauauit iugum uestrum. ego autem
addam iugo uro. et pater me cecidit
uos flagellis. ego autem cedam uos scor
pionibus. et non acquiescit rex populo
quoniam auersatus fuerat eum dominus
ut suscitaret uerbum suum quod locu
tus fuerat in manu achie philonite
ad ieroboam filium nabath. Videns
itaque populus quod noluisset eos audire
rex. respondit ei dicens. que nobis
pars in dauid. aut que hereditas nobis
in filio ysai. vade in tabernacula tua
israel. nunc uide domum tuam dauid. et
abiit israel in tabernacula sua. super fil
ios autem israel qui habitabant in ci
uitatibus iuda regnauit roboam
misit igitur rex roboam ad hiram qui
erat super tributa. et lapidauit eum omnis
israel. et mortuus est. Porro rex robo
am festinus ascendit currum et fugit
in hierusalem. recessit que israel a domo dauid
usque in presentem diem. Factum autem
cum audisset omnis israel quod reuersus
esset ieroboam miserunt et uocauerunt